§ 43	**Heinricus, palatinus comes, in amentiam versus, cum sub specie religionis quasi secculum derelinquens in monasterium Ephternaca se contullisset, inde abstractus coniugem suam occidit.**	**Henricus palatinus comes in amentiam versus, cum sub specie religionis quasi seculum derelinquens in monasterium Ephtirnacha se contulisset, inde abstractus, coniugem suam occidit.**	Heinricus palatinus comes in amentiam versus, cum sub specie religionis quasi seculum derelinquens in monasterium Epftirnacha se contulisset, inde abstractus, coniugem suam occidit.
§ 44	**Et hoc anno, sicut in priori mortalitas multos extinxit.**	**Et hoc anno, sicut in priori, mortalitas multos extinxit.**	{Et hoc anno, sicut in priori, mortalitas multos extinxit.}[9]
§ 45	**Hyems satis dura et nivosa et plus solito prolixa frumenti vinique**[z] **maximum adtulit dampnum.**	**Hyems satis dura et nivosa et plus solito prolixa frumenti vinique maximum attulit damnum.**	
§ 46	**Andreas, rex Pannoniarum, cum a fratre suo** Bel **regnum sibi circumquaque vastante multas iniuryas perpessus fuisset, tandem** preliis et **febre** multum fatigatus **omnes thesauros suos in castrum Madilekka necnon et filium suum** Salomonem **regi per Thiebaldum comittem transmissit.**	**Andreas rex Pannoniarum, cum a fratre suo regnum sibi circunquaque vastante multas iniurias perpessus fuisset, tandem febre** pulsatus, **omnes thesauros suos in castrum Medilhecka necnon et filium suum** Henrico **regi per Tiedbaldum comitem transmisit.**	In Ungaria quidam Belo fratrem suum Andream regem iam grandevum regno expulit et usque ad mortem perduxit. Hic Andreas a fratre nimis iniuriatus, tandem febre pulsatus, omnes thesauros suos in castrum Medeleka necnon et filium suum Heinrico regi per Tietpaldum comitem transmisit.

z) iunisque *A.*

9) *entnommen aus § 42 C.*